

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus

### Caput 25: De visitatione familiaritatis mulierum (14)

Idem (Basilus):

Mulieris carnes noli tangere,  
ne per tactum eius inflammetur cor tuum et spiritu tuo leveris in perditionem.  
Sicut enim fenum appropinquans igni comburitur,  
ita et qui tangit mulieris carnem, non evadet sine dampno anime suae,  
et licet corpore castus evadat, mente tamen et corde corruptus discedit.

Mulieris carnem omnino ne velis tangere,  
ne per tactum eius inflammetur cor tuum et spiritu tuo labaris in perditionem.  
Sicut enim foenum proximans igni comburitur,  
ita qui tangit mulieris carnem, non evadit sine damno animae suae,  
et licet corpore castus evaserit, mente tamen et corde corruptus abscedit.

Pseudo-Basilus, *Admonitio ad filium spiritualum*, 7 (P. Lehmann ed., 1955, p.42, ll.8-13).